piũt: & omniũ mẽbrorum nexus, itaq́ fœlciter natus iacet, manibus pedibusq́ deuinctis, flens, animal cæteris imperaturũ, & a supplicys vitã auspicatur, vnã tantũ ob culpã quia natũ est. Heu demẽtiã ab his nitys existimantium ad superbiã se genitos, prima roboris spes, primumq́ tẽporis munus, quadrupedi similem fecit, quãdo homini incessus? quando vox? quãdo firmũ cibis os? quando palpitans vber tex? Summa inter cũcta animalia imbecillitatis iudiciũ: iã morbi, totq́ medicinæ cõtra mala excogitatæ, & haquoq́ subinde nouitatibus victæ. Cætera sentire neturã suam, alia pernicitatẽ vsu pare, alia præpetes volatus alia vires, alia nare, hominẽ scire nihil, sine doctrina, nõ fari, nõ ingredi, nõ vesci, breuiterq́ non aliud naturæ sponte quã flere. Hactenus Plinius, quæ pertinent an miserrimam illam cõditionem, qua mortales nascimur, quæ ille accepit ab Aristotele de generatione animalium, lib. 5. cap. 1. ad medium,, ibi, *Imperfectissimi enim omnium perfectoru partuum nascuntur, & melius problemat.* sectione. 10. problemmat. 45. ibi, *Iudicium vero cætera perfecta hominum imperfectum prodire, quod illa statim inde ob ortu naturæ viuere sua opera queunt, pueri curam desiderant, nec seruari, nisi alieno beneficio possunt,* à quibus. l. 7. titu. 1. par. 2. hoc ipsum accepit, ibi, *E vna de las razones porq́ mostraron q̃ conuino q̃ fuesse Rey, es esta, q̃ todas las cosas q̃ son vnas traen cõsigo naturalmente todo lo q̃ han menester, q̃ no cõuiene que otro gelo acarree de otra parte, ca si son de vestir, ellas son vestidas de suyo, las vnas de pendolas, las otras de cabellos, è otras de cueros, è las otras de escamas, è de cõchas, cada vna dellas segũ su natura, porq̃ no han menester q̃ texan para fazer vestidos. Otrosi para defenderse, las vnas traẽ picos, è las otras dientes, è las otras vñas, è las otras cuernos, ò aguijones, ò estinas, porq̃ no les cõuiene de buscar otras armas con q̃ se defiẽdan. Otrosi lo q̃ comẽ y beuen, cada vna lo falla segun q̃ le es menester, de guisa q̃ nõ ha de buscar quiẽ gelo adoue, ni cosa con q̃ le sepa bien, ni lo han de cõprar, ni yr à labrar por ellos. Mas el ome de todo esto nõ ha nada para si, à menos de ayuda de muchos q̃ le busquẽ, è le alleguẽ aq̃llas cosas q̃ le conuienen.* Hæc nostra lex, vt obiter aduertas quem varia sapientia sint refertæ leges Partitarum. Hæc hominis infirmitas, hæc indigentia, hæc misera conditio naturam impulit, vt suo iure parentes ad deducationem compeleret Aristoteles autem ingeniosius & altius de partibus animantium & earum causis, libro. 4. capit. 10. ad medium, ex hac humana infirmitate perfectionem hominis commendat, ait enim hoc rectè eos sentire qui hominem non bene sed deterrimè omnium animalium constare aiunt, rationes quas ipse connnectit an nostrum institutum non pertinent, poteris per te legere, eleganter enim ille hanc ipsam imbecillitatem, maximam fortitudinem esse comprobat in eodem argumento versatur Seneca de beneficijs, libro quarto, capit. 18. nobis autem qui in iure versamur non licet Achademicos excessus sectari, sed planius

© 2011 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación